



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

*postoli Gentium, qui à Germana suo captus, Feriâ etiam sextâ Cruci affixus, tres in ea horas, ad exemplum SOTERIS cum pependisset, horâ diei item nonâ Sanctum Spiritum in manus Conditoris emisit. CORPVS eius illæsum ignem triumphavit: integrumque persistens, multas ac magnas virtutes operatum est. Ex Alberto Crantzio.*

## XXXI.

**I**N *Julie, Clivie, Montium. Soc. IESV Collegijs festum S. Patriarchæ IGNATII Loyolæ, qui nihil præter DEI Domini sui gloriam, & Iuventutis in litteris ac pietate profectum, vel maximè expetebat, omnibus omnia factus, ut CHRISTO lucrifaceret. Quo ardore succensus missus ad prædicandum Indis Evangelium S. FRANCISCO XAVERIO, aliisque in alias mundi plagas, ad Religionem Christianam Catholicam propagandam disseminatis, Ethnicæ superstitioni, hæresique bellum indixit, ingenti Orbis Christiani bono. Quem proinde GREGORIUS Decimus Quintus magnis in Ecclesiam meritis, & miraculis illustrem, Sanctorum Fastis adscripsit: ad quos Româ anno M. D. LVI. feliciter evolavit. Lipsanis suis, per hæc & alia Collegia passim relictis. Ex vita eius.*